

## DECRETUM XIII

**Hec pars continet<sup>1</sup> de raptoribus, de furibus<sup>2</sup>, de venatoribus, de maledicis et contentiosis, de comessionibus et ebrietatibus, de furiosis, de Iudeis, et eorum correctione<sup>3</sup>**

### 1

*Iohannes papa Zacharie archiepiscopo. De pervasoribus rerum alienarum<sup>4</sup>*

Est in antiquis ecclesie statutis decretum ut qui aliena invadit non exeat impunitus, sed cum multiplicatione omnia restituat. Unde et in Evangelio scriptum est, Quod si aliquid defraudavi, reddo quadruplum, et in legibus seculi cautum habetur, Qui rem subripit alienam, illi cuius res direpta est, in undecuplum que sublata sunt restituat. Et in lege divina legitur, Maledictus omnis qui transfert terminos proximi sui, et dicet omnis populus, Amen. Talia ergo non presumantur absque ultione, nec exercentur absque<sup>5</sup> dampnatione.

*Ctp 1.53.2]*

---

<sup>1</sup> Hec - cont. CRPVS; Hec tertiadecima pars cont. LM; Hec pars tertiadecima cont. H; *om. Fr*

<sup>2</sup> de usurariis [et *add. Fr*] feneratoribus *add. M*

<sup>3</sup> correctione CPVBS<sup>2</sup>*Fr*; correptio L; correptione RHM; *M adds a capitulatio 1-119*

<sup>4</sup> De pervasoribus rerum alienarum, et pena eorum *before insc.* M; *no rubric LH*

<sup>5</sup> sua *add. PVS, om. C(after erasure)RLHM*

### 2

*Ex libro questionum Exodi sancti Augustini episcopi<sup>1</sup>. Quod tollendo ab Egiptiis aurum et cetera non fecerunt furtum Israelite et ne quis hoc sumat in exemplum ad expoliandum<sup>2</sup> isto modo proximum<sup>3</sup>*

Dixit Dominus ad Moisen, Petat vir a proximo, et mulier a proxima vasa aurea et argentea, et vestem. Non hinc quisquam sumendum exemplum putare debet ad expoliandum isto modo proximum; hoc enim Deus iussit, qui noverat quid quemque pati oporteret, nec Isrelite furtum fecerunt, sed Deo iubente ministerium prebuerunt. Quemadmodum cum minister iudicis occidit eum quem iudex iussit occidi, profecto si id sponte faciat homicida est, etiam si eum occidat quem scit a iudice debuisse occidi<sup>4</sup>. (*quest. 39 ad c. II Exod.*)*BD 11.53var., cf 14. 114B below] Ctp 3.23.1 (14, q. 5, c. Dixit Dominus.)*

---

<sup>1</sup> Ex - ep. (*om. BSH*) CPVBSLH; August. lib. Quest. i Exodi M; *rubric before insc. PM, as here CS*

<sup>2</sup> ad expol. CRPBSL, *om. H*

<sup>3</sup> Quod - proximum CRP(*mg.*)BLH; *om. V*; Quod Hisraelite non fecerunt furtum tollendo ab Egiptiis aurum et cetera et ne quis sumat in exemplum ad expoliandum isto modo proximum S; Quod filii Israel non fecerint furtum spoliando Egyptios M

<sup>4</sup> deb. occ. CPBLHM; occ. deb. S

## 3

*Idem ex<sup>1</sup> eodem libro. Quid inter furtum sit et rapinam<sup>2</sup>*

Penale<sup>3</sup> est occulte auferre, multo maioris pene est visibiliter eripere. Auferre ergo nolenti sive occulte, sive palam, habet preceptum suum. Furti enim nomine bene intelligitur omnis illicita usurpatio rei aliene, non enim rapinam permisit qui furtum prohibuit, sed utique sub furti nomine in lege Veteris Testamenti et rapinam intelligi voluit. A parte enim totum significavit, quicquid illicite rerum proximi aufertur. (*Aug. q. 71, lib. Q. 20, super c. XI Exod.*). *BD 11.54 var.] Ctp 3.23.2 (14. q. 5, c. Penale.)*

<sup>1</sup> ex CRPBSL; in H

<sup>2</sup> Idem - lib. Quid - rap. CPBSHL; Quid intersit inter furtum et rapinam. Ibidem M

<sup>3</sup> *corr. fr.* Venale S

## 4

*<sup>1</sup>Augustinus in epistola<sup>2</sup> ad Armentarium et Paulinam*

Si res aliena propter quam peccatum est, cum reddi possit, non redditur, non agitur penitentia, sed fingitur. Si autem veraciter agitur, non remittetur peccatum nisi restituatur ablatum, sed ut dixi cum restitui potest. Plerumque enim qui aufert amittit, sive alios patiendos malos, sive ipse male vivendo, nec aliud habet unde restituat. Huic certe non possumus dicere, Redde quod abstulisti, nisi cum habere credimus et negare. Ubi quidem si aliquos sustinet cruciatus repente, dum existimatur habere quod reddat, nulla est iniquitas. Quia et si non est unde luat<sup>3</sup> ablatam pecuniam, tamen dum eam per molestias corporales reddere compellitur, peccati quo male ablata est penas luit. Sed inhumanum non est etiam pro talibus intercedere, non ad hoc ut minime restituantur aliena, sed ne frustra homo in hominem se viat.

(*epist. 54 ad Macedonium.*) *cf 15.25 below] Ctp 3.23.3, cf 3.28.6 (14, q. 6, c. Si res.)*

<sup>1</sup> Quod non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> in ep. *after* Paulinam RH

<sup>3</sup> [reddat, legit Gratian.] *add.* M<sup>2</sup>

## 5

*Ex dictis Gregorii. Quod non recipienda sint furta cum augmento ab ecclesia<sup>1</sup>*

Sunt quidam qui habentes subsidia furtum perpetrant, et sunt alii qui in hac re ex inopia delinquent. Unde necesse est ut quidam dampnis, quidam verberibus, quidam districtius, quidam vero levius corrigantur. Sed absit ut ecclesia cum argumento recipiat quod de terrenis rebus videtur amittere, et lucra de vanis querat.

(*c. 4 ad interrogationes Augustini*) *Cleop. C VIII 106v; Ctp 1.55.23]*

<sup>1</sup> Quod - eccl. CPS; Quod non sint ab Ecclesia recipienda furta cum aliquo auctario *before insc.* M

**6***<sup>1</sup>Ex libro Capitularium*

De furibus et malefactoribus decrevimus observari, ut si quinque aut septem bone fidei homines absque inimicitia preposita criminosum, cum sacramenti interpositione, esse dixerint, sicut contra legem fecit, sic secundum legem iudicetur.  
*cf BenL 3.257a(E)*

---

<sup>1</sup> Quod fures per septem bone fidei homines convinci possunt *add. as rubr.* M

**7\****<sup>1</sup>Sinodus<sup>2</sup> Eugenii<sup>3</sup> pape, cap. 3<sup>4</sup>*

Sacerdos feneratoris aliquid, aut rustica ministeria non exerceat, quem<sup>5</sup> sine ornatu sacerdotali extra domos apparere non convenit.  
*(synod. Rom. sub Eugen. II, c. 11).*

---

<sup>1</sup> Ne sacerdos fenus vel rusticum ministerium exerceat *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Synodus CSPHA; Ex synodo M

<sup>3</sup> [Gregorii] *add.* M

<sup>4</sup> 3 CPMA; 2 S

<sup>5</sup> quem CRPSM; quos HA

**8\****<sup>1</sup>Niceno concilio<sup>2</sup>, cap. 17*

Si quis inventus fuerit usuras accipiens, aut ex adinventione aliqua vel quolibet modo negotium transigens, aut hemiola et sescupla exigens, vel aliquid tale prorsus excogitans, turpis lucri gratia, deiciatur a clero, et alienus existat a regula.  
*Ctp 2.1.8b] (Dist. 47 et 14, q. 4, c. Quoniam multi.)*

---

<sup>1</sup> Ut clericus fenerator deponatur. *as rubr.* Ex *add.* M

<sup>2</sup> Niceno concilio CRPM; Nicenum concilium SHA; I *add.* M

**9\****<sup>1</sup>Concilio III Carthaginensi, cap. 16*

Nullus clericorum amplius recipiat quam accommodaverit; si pecuniam, pecuniam; si speciem, speciem eamdem, quantam dederit, accipiat.  
*Ctp 2.17.9] IP 3.158 (14, q. 4, c. Nullus clericorum.)*

---

<sup>1</sup> Ne clericus amplius recipiat quam mutuo dedit. *as rubr.* Ex *add.* M

**10\****<sup>1</sup>Concilium I Arelatense<sup>2</sup>, cap. 10<sup>3</sup>*

De ministris qui fenerantur, placuit eos<sup>4</sup> abstinere a communione.<sup>5</sup>

---

<sup>1</sup> Ut ministri feneratores a communione abstineant *as rubr.* Ex *add.* M

<sup>2</sup> Conc. I Arel. CPSHA; Ex concilio I Arelatensi M

<sup>3</sup> 10 CPBSH; 11 A; 12 M

*Ctp 2.23.4] (14, q. 4, c. Ministri.)*

---

<sup>4</sup> iuxta formam divinitus datam *add. Fr with Ctp; om. CPBSHAM*

<sup>5</sup> *Whole cap. as rubric to c 11 B*

### 11\*

<sup>1</sup>*II concil. 14*<sup>2</sup>

Si quis clericus pecuniam dederit ad usuram, aut conductor aliene rei voluerit esse, aut turpis lucri gratia genus aliquod negotiationis exercuerit, depositus a clero a communione alienus fiat.

*(Cap. 14, ex 18 cap. Nicene synodi.) Cleop. C VIII, fo. 81v*

---

<sup>1</sup> Ut clericus fenerator seu negotiator a communione suspendatur *add. as rubr. M*

<sup>2</sup> II conc. 14 (24 H) CPBSHA; Ex secundo concilio Arelatensi. M

### 12<sup>1\*</sup>

<sup>2</sup>*Eliberitanum concilium*<sup>3</sup>, *cap. 20*

Si quis clericorum detectus fuerit usuras accipere, placuit<sup>4</sup> degradari et abstinere.  
*IP 3.156 (Dist. 47, c. Si quis clericorum.)*

---

<sup>1</sup> *Whole canon in mg. V*

<sup>2</sup> De eodem *add. as rubr. M*

<sup>3</sup> El. conc. CPSA; Ex concil. Eliberita. M

<sup>4</sup> eum *add. M, om. CRPBSH*

### 13\*

<sup>1</sup>*Tarraconense concilium cap.*<sup>2</sup>

Quicumque in clero esse voluerit, emendi vilis vel vendendi carius studio non utatur. Certe si voluerit<sup>3</sup> exercere, cohibeatur a clero.

*(cap. 2) Ctp 2.31.1b] (14, q. 4, c. Canonum statutis.)*

---

<sup>1</sup> Item de eodem *add. as rubr. M*

<sup>2</sup> Terrac. conc. cap (*followed by lacuna*) CPA; Terrac. concil. V; Terr. conc. cap. x S; Ex concilio Tarraconensi M; C<sup>2</sup> *adds in mg. r.*

<sup>3</sup> *hec add. Fr, om. CPSAM*

### 14<sup>1\*</sup>

*Item 3*<sup>2</sup>

Si quis clericus in necessitate solidum prestiterit, hoc de vino vel de frumento accipiat, quod mercandi causa tempore statuto decretum fuerit venundari. Ceterum si speciem non habuerit necessariam<sup>3</sup>, ipsum quod dedit sine ullo augmento recipiat.

*Ctp 2.31.2] IP 3.159 (14, q. 4, c. Si quis clericus.)*

---

<sup>1</sup> *after c 15 H*

<sup>2</sup> Item 3 PVSA; cap. 3 C; Item cap. iii R; ? B; Ex concilio Tarraconensi cap. 3 H; De eadem re. Ibidem, cap. 3. M

<sup>3</sup> *-iam CPSAM; -iam Fr*

**15\***<sup>1</sup>*Canones<sup>2</sup> apostolorum, cap. 44<sup>3</sup>*

Episcopus, aut presbiter aut diaconus usuras a debitoribus exigens, aut certe dampnetur aut desinat<sup>4</sup>, et<sup>5</sup> communione privetur<sup>6</sup>.

*IP 3.157 (Dist. 47, c. Episcopus.)*

---

<sup>1</sup> De eadem re *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Canones CPSA; Ex cano. M

<sup>3</sup> 44 CRPBSM; 43 H

<sup>4</sup> aut (*corr. fr. et P*) des. *here* CPSA; *after* exigens HM

<sup>5</sup> a *add.* M

<sup>6</sup> et comm. priv. CRPBSM; *om.* H

**16\***<sup>1</sup>*Augustinus de verbis Domini, tract. 35*

Nolite velle elemosinas facere de fenore et usuris. Item<sup>2</sup>. Qui habetis aliquid de malo, facite inde bonum, qui non habetis de malo, nolite acquirere de malo. Esto bonus tu qui bonum facis de malo, et cum ceperis aliquid boni facere de malo, noli remanere tu malus. Nummi tui convertuntur in bonum, et tu remanes malus?

*(Serm. 35 de verbis Domini) Ctp 3.24.1 (14, q. 5, c. Nolite.) (14, q. 5, c. Qui habetis.)*

---

<sup>1</sup> Ut qui aliquid habet de malo faciat inde bonum *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> (ibidem aliquanto post) *add.* M<sup>2</sup>

**17\***<sup>1</sup>*Augustinus in XXXVI psalmo<sup>2</sup>*

Si feneraveris hominem<sup>3</sup>, id est, si mutuum dederis pecuniam tuam, a quo plusquam dedisti expectes, non pecuniam solam, sed aliquid plusquam dedisti, sive illud triticum sit, sive oleum, sive vinum, sive quodlibet aliud; si plus quam dedisti expectes accipere, fenerator es, et ob hoc improbandus, non laudandus.

*(ad vers. Tota die miseretur) ] Ctp 3.24.2 (14, q. 3, c. Si feneraveris.)*

---

<sup>1</sup> Quod fenerator est omnis, qui plus acceperit quam dederit *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> XXXVI ps. CPBSHA; ps. XXXVI M

<sup>3</sup> -inem CPBHA; -ini M

**18\***<sup>1</sup>*Hieronimus super Ezechielem, lib. VI*

Putant quidem usuram tantum esse in pecunia, quod providens<sup>2</sup> divina Scriptura, omnis rei aufert superabundantiam, ut plus non recipias quam dedisti. Item<sup>3</sup>. Alii pro pecunia fenerata solent munuscula accipere diversi generis, et non intelligunt usuram

---

<sup>1</sup> De eodem *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> prov- CPBSHA; prev- M

<sup>3</sup> (aliquanto post) *add.* M<sup>2</sup>

appellari et superabundantiam<sup>4</sup>, quicquid illud est, si ab eo, quod<sup>5</sup> dederint plus reaceperint<sup>6</sup>.

(in c. XVIII). Ctp 3.24.3; IP 3.160 (14, q. 3, c. Putant.)

<sup>4</sup> ut plus non - superab. CPAM; om. S

<sup>5</sup> (cui) add. M

<sup>6</sup> reac- CPSHM; ac- A

## 19\*

<sup>1</sup>*Codicum lib. II, cap. 23*<sup>2</sup>

Improbum fenus exercentibus, et usuras usurarum illicite exigentibus, infamie macula irroganda<sup>3</sup> est.

Cod. 2.11.20] Ctp 3.24.4

<sup>1</sup> De his qui usuras de usuris exigunt add. as rubr. M

<sup>2</sup> 23 CVBSM; 24 RP

<sup>3</sup> irrog- CRVBSHAM; erog- P

## 20\*

<sup>1</sup>*Item. Capitul. 22 tit. 27*<sup>2</sup>

Nulla modo usure usurarum a debitoribus exigantur. Item<sup>3</sup>. Diffinimus nullo modo licere cuiquam usuras preteriti vel futuri temporis in sortem redigere, et earum iterum usuras stipulare.

Cod. 4.32.28]

<sup>1</sup> De eodem add. as rubr. M

<sup>2</sup> Cap. 22 tit. 27 CP<sup>2</sup>VBSA; Cap. 12 tit. 27 P; Cap. 21 tit. 27 RH; Cap. lib. cap. 125 M

<sup>3</sup> Item CRPVAM; om. S

## 21\*

*Capitularium cap. 125*<sup>1</sup>

Quicumque tempore vindemie, vel tempore messis, non necessitate, sed propter cupiditatem comparat annonam, aut vinum, verbi gratia de duobus denariis comparat modium unum, et servat dum venundare possit denariis quatuor, aut sex, aut amplius, hoc turpe lucrum dicimus. Si hoc propter necessitatem comparat, ut sibi habeat et aliis tribuat, negotium dicimus.

Anseg. 1.125] (14, q. 4, c. Quicumque.)

<sup>1</sup> Cap. - 125 CPSHA; De differentia inter turpe lucrum et negotium. Ibidem M

## 22\*

<sup>1</sup>*Augustinus libro locutionum, cap. 39*

Fenerationem Scriptura dicit mutuo datam pecuniam, etiamsi usure non accipiantur.

<sup>1</sup> Quid sit feneratio add. as rubr. M

(Locutionum de Deuter. lib. 5 locuti. 39)

**23\***

<sup>1</sup>Cap. 42

Fenus fenerabis<sup>2</sup> fratri tuo quantumcumque postulat, et quantum eget. Hic certe cum opera misericordie precipiat, utique usurarum crudelitas suscipienda non est.

<sup>1</sup> De eodem. Ibidem *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> (Deute. 15 sed pro quo nunc legimus, Mutuum dabis) *add.* M<sup>2</sup>

**24\***

<sup>1</sup>Ambrosius super Epistolam ad Timotheum<sup>2</sup>

Turpia lucra dicit Apostolus esse, si sub pia professione questibus studeatur. Turpis enim deprehenditur, cum se purum ostentat.  
(In cap. 3 prioris epist. ad Timot.)

<sup>1</sup> Quid sit turpe lucrum *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> H places this *insc. before c 26, but has none here*

**25\***

<sup>1</sup>Leo Rustico Narbonensi episcopo

Qualitas lucri negotiantem aut honestat<sup>2</sup>, aut arguit, quia est et honestus questus, et turpis. Verumtamen penitenti utilius est dispendia pati quam periculis negotiationis obstringi, quia difficile est inter vendentis et ementis commercium non intervenire peccatum.

(Epist. 92, c. 9) Ctp 1.43.14] (De penit. Dist. 1, c. Qualitas lucri.)

<sup>1</sup> Quod difficile est inter vendentem et ementem non esse peccatum *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> honestat CPSA; excusat (honestat) M

**26<sup>1\*</sup>**

<sup>2</sup>Ambrosius de officiis, lib. III

Sanctus David negat se in negotiationem introisse, quia pretiorum captare incrementa, non simplicitatis, sed versutie est. Et alius ait, Captans pretia frumenti maledictus in plebe est. Diffinita est sententia, nichil disputationi relinquens, sed hoc controversie genus<sup>3</sup> solet dicendi esse, cum alius alleget agriculturam laudabilem apud omnes haberi, fructus terre simplices esse triplos, plus qui seminaverit eum probatiorem fore, uberiores redditus industrie non fraudari, negligentiam magis et incuriam ruris inculti reprehendi solere. Aravi, inquit, studiosius, uberius seminavi, diligentius excolui, bono collegi proventu<sup>4</sup>, sollicitate<sup>5</sup> recondidi, servavi fideliter, provide custodivi, nunc in

<sup>1</sup> H omits all until Plerique refugientes below

<sup>2</sup> De his qui fruges suo labore sibi natas in cara tempora reservant *add. as rubr.* M

<sup>3</sup> sed hoc controversie genus CPSA; quale controversiarum genus; (sed hoc controversie genus etc) *add.* M<sup>2</sup>

<sup>4</sup> (bonos collegi proventus) *add.* M<sup>2</sup>

tempore famis vendo, subvenio esurientibus, vendo frumentum, non alienum, sed meum, non pluris quam ceteri, imo etiam minori pretio. Quid hic fraudis est, cum multi etiam possent periclitari, si non haberent quod emerent? Num industria in crimen vocatur? Num diligentia reprehenditur? Num providentia vituperatur? Fortasse dicant<sup>6</sup>, Et Ioseph in abundantia frumentum collegit, in caritate<sup>7</sup> vendidit. Num alius<sup>8</sup> aliquis emere compellitur? Num vis adhibetur emptori? Omnibus defertur emendi copia, nulli irrogatur iniuria. His ergo quantum cuiusque fert ingenium disputatis, exurgit alius dicens, Bona quidem est agricultura, que fructus ministrat omnibus, que simplici industria accumulatur terrarum fecunditatem, nichil doli, nichil fraudis interserens. Si bene aliquis seminavit, melius metet. Fecunda est terra, multiplicatum reddit quod accipit; fidelis est ager, feneratoros solet restituere proventus. De redditibus igitur uberis glebe expectare debes tui mercedem laboris, de fertilitate pinguis soli iusta sperare compendia. Cur ad fraudem convertis nature industriam? cur invides usibus hominum publicos partus? cur populi minus abundantiam? cur affectas inopiam? cur optari facis a pauperibus sterilitatem. Cum enim non sentiunt beneficia fecunditatis, te auctionante pretium, te continente<sup>9</sup> frumentum, optant potius nichil nasci quam te de fame publica negotiari. Ambis frumentorum indigentiam, alimentorum penuriam, uberis soli partus ingemiscis, fles publicam fertilitatem, horrea plena frugum deploras, exploras quando sterilior preventus sit, quando exilior partus. Votis tuis gaudes arrisisse maledictum, ut nichil cuiquam nasceretur. Tunc messem tuam venisse letaris, tunc tibi de omnium miseria opes congeris; et hanc tu industriam vocas, hanc diligentiam nominas, que calliditatis versutia, et astutia fraudis est? Et hoc tu remedium vocas, quod est commentum nequitie<sup>10</sup>? Latrocinium hoc, an fenus appellem? Captantur tanquam latrocinii tempora, quibus in viscera omnium durus insidiator obrepas; augetur pretium tanquam sorte cumulatum feneratoris. Tibi condite frugis multiplicatur usura, tu frumentum tanquam fenerator occultas, quasi venditor auctionaris.

---

<sup>5</sup> (sollicitus) *add.* M<sup>2</sup>

<sup>6</sup> -ant CPSA; -at M

<sup>7</sup> (raritate) *add.* M<sup>2</sup>

<sup>8</sup> alius CPSA; carius M

<sup>9</sup> (condente) *add.* M

<sup>10</sup> [malitie] *add.* M<sup>2</sup>

*cap.* 6.

### *Ambrosius<sup>1</sup> de Nabuthe*

Feneratores, accipitis aurum argentumque pro pignore, et adhuc illum debitorem<sup>2</sup> dicitis, qui plus vobis credidit, quam accepit a vobis? Creditores asseritis vos, qui amplius debetis?

---

<sup>1</sup> Ambrosius CPBSA; Idem M

<sup>2</sup> et adhuc illum deb. *ss* V

### *Item<sup>1</sup>*

---

<sup>1</sup> H replaces Item with the *insc.* to c 24 above, beginning the *cap.* here



Plerique refugientes precepta legis, cum dederint pecuniam negotiatoribus, non in pecunia usuras exigunt, sed de mercibus eorum tanquam usuram (usurarum) emolumenta percipiunt. Ideo audiant quid lex dicat, Neque usuram, inquit, escarum accipies, neque omnium rerum.

(cap. 14 lib. De Tobia) Ctp 3.24.5a (14, q. 3, c. Plerique.)

*Item*<sup>1</sup>

Esca usura est, et vestis usura est, et quodcumque sorti accedit usura est, quod velis ei nomen imponas, usura est.

Ctp 3.24.5b

---

<sup>1</sup> (ibidem paulo inferius) *add.* M<sup>2</sup>

*Item*<sup>1</sup>

Si quis instaurandum convivium putat, ad negotiatorem mittit, ut absinthiaci<sup>2</sup> capellam<sup>3</sup> sibi gratis deferat, ad cauponem dirigit, ut Picenum vinum aut Tiriacum requirat, ad lanium ut vulvam<sup>4</sup> sibi procuret, ad alium, ut sibi poma adornet<sup>5</sup>.

Ctp 3.24.5c

---

<sup>1</sup> (ibidem post aliquot versus) *add.* M<sup>2</sup>

<sup>2</sup> absinthiaci; abinsinthiati R

<sup>3</sup> capellam; cupellam R

<sup>4</sup> [Hilam, nunc habet Ambr. et Gratia.] *add.* M<sup>2</sup>

<sup>5</sup> ad alium – adornet *om.*H

**27\***

*Item*<sup>2</sup>

Ab illo exige usuram cui nocere merito desideras, cui iure inferuntur arma; huic legitime inferuntur usure, quem bello non potes facile vincere; ab hoc usuram exige quem non sit crimen occidere. Sine ferro dimicat qui usuram flagitat, sine gladio se de hoste ulciscitur, qui fuerit usurarius exactor inimici. Ergo ubi ius belli, ibi ius usure.

(*eiusdem lib. c. 15*). Ctp 3.24.5d (14, q. 4, c. Clerici.)

---

<sup>1</sup> Quod sine ferro alium iugulat, qui usuram ab eo flagitat *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Item CPSHA; Idem M

**28\***

<sup>1</sup>*Gelasius papa*<sup>2</sup> *per Lucaniam, Brities*<sup>3</sup>, *et Siciliam, cap. 12*<sup>4</sup>

Clerici aut ab indignis questibus noverint abstinendum, et ab omni cuiuslibet negotiationis ingenio vel cupiditate cessandum; aut in quocumque gradu sint positi mox clericalibus officiis abstinere cogantur.

---

<sup>1</sup> De clericis usurariis *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> episcopis *add.* M

<sup>3</sup> Brities CPSHA; Brutios M

<sup>4</sup> cap. 12 CPSHA; *om.* M

(*epist. 1, c. 17*) ] *Ctp 3.24.6 (14, q. 4, c. Clerici.)*

### 29\*

<sup>1</sup>*Bonifacius Guiberto*<sup>2</sup> *episcopo.*

Servi Dei ut venationes et silvaticas vagationes cum canibus, et ut accipitres et falcones non habeant, prohibuimus<sup>3</sup>.

*cf CB Bon. 13b]*

<sup>1</sup> De servis Dei venationes et huiusmodi exercentibus *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Guib- CRHM; Wib- PVBS; Wirb- A

<sup>3</sup> -uimus CPBSHA; -emus M

### 30\*

<sup>1</sup>*Agatense concilio cap. 54*<sup>2</sup>

Episcopis, presbiteris, diaconibus canes ad venandum, aut accipitres habere non liceat, quod si quis talium personarum in hac voluntate<sup>3</sup> detectus fuerit; si episcopus, tribus mensibus se a communione suspendat<sup>4</sup>; presbiter, duobus mensibus se abstineat; diaconus uno ab omni officio vel communione cesset.

(*cap. 55*) *Ctp 2.28.54]* (*Dist. 34, c. Episcopum, presbyterum.*)

<sup>1</sup> De eodem, et pena eorum *as rubr.* Ex *add.* M

<sup>2</sup> Ag. - 54 CPBSHA; Concilio Agathensi M

<sup>3</sup> [voluptate] *add.* M<sup>2</sup>

<sup>4</sup> suspendat CPBSHA; abstineat M, (suspendat) *add.* M<sup>2</sup>

### 31\*

<sup>1</sup>*Augustinus super psalm. CII*

Qui venatoribus donant, quare donant? dicant mihi, quare dant venatori? Hoc in illo amant in quo nequissimus est, hoc in illo pascunt, hoc in illo vestiunt, ipsam nequitiam publicam<sup>2</sup> spectaculis omnium. Qui donat histrionibus, qui donat meretricibus, quare donat? Numquid non et ipsi hominibus donant? Non tamen naturam ibi attendunt operis Dei, sed nequitiam operis humani. Item<sup>3</sup> Qui venatori donat, non homini donat, sed arti nequissime, nam si homo tantum esset et venator non esset, non ei donares, honoras in eo vitium non naturam.

*cap. 2 (ad vers. 6). Ctp 3.25.1 (Dist. 86, c. Qui venatoribus.)*

<sup>1</sup> Nil esse dandum venatoribus et histrionibus *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> (publicant habet Gratia.) *add.* M<sup>2</sup>

<sup>3</sup> in eumd. psalm. paulo inferius *add.* M<sup>2</sup>

**32\***<sup>1</sup>*August. super psal. CXLVII*<sup>2</sup>

Vident homines venatorem, et delectantur; ve miseris si non se correxerint. Qui enim vident venatorem et delectantur<sup>3</sup>, videbunt Salvatorem et contristabuntur.

*Ctp 3.25.2 (Dist. 86, c. Vident)*

<sup>1</sup> Ne videntes venatorem delectentur *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> CXLVII CPBHAM; cap. XLVII S

<sup>3</sup> miseris si non – delect. *in mg.* V

**33\***<sup>1</sup>*Hieronimus super psal. XC*

Esau venator erat, quoniam peccator erat. Et penitus non invenimus in Scripturis sanctis sanctum aliquem venatorem; piscatores invenimus sanctos.

*(ad versum Sperabo in Domino) J Ctp 3.25.3 (Dist. 86, c. Esau.)*

<sup>1</sup> Quod sancti inveniantur piscatores, nulli venatores *add. as rubr.* M

**34\***<sup>1</sup>*Ambrosius de omelia quadragesima*<sup>2</sup>, *que sic incipit, Diximus superiori Dominica*

Quid prodest ieiunare visceribus, et luxuriari venatibus? abstinere cibis, errare peccatis? Item<sup>3</sup>. An putatis illum ieiunare, fratres, qui primo diluculo non ad ecclesiam vigilat, non beatorum martirum sancta loca perquirat, sed surgens congregat servulos, disponit retia, canes producit, saltus silvasque perlustrat? Servulos, inquam, secum pertrahit, fortasse magis ad ecclesiam festinantes, et voluptatibus suis peccata accumulata aliena, nesciens reum se futurum tam de suo delicto quam de perditione servorum.

*(serm. XXXIII). Ctp 3.25.4 (Dist. 86, c. Quid prodest.)*

<sup>1</sup> Quod nichil prodest ieiunare visceribus, et luxuriari venatibus *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Ambrosius de omel' XL CPBSH; Sermo Ambrosii de quadragesima A; Ambrosius homilia M

<sup>3</sup> (paulo post) *add.* M<sup>2</sup>

**35\***<sup>1</sup>*Institutionum lib. II, tit. I*

Fere<sup>2</sup> bestie et volucres et pisces, id est omnia animalia que in terra, mari celoque nascuntur, simul atque ab aliquo capta fuerint, iure gentium statim illius esse incipiunt. Quod enim ante nullius est, id naturali ratione occupanti<sup>3</sup> conceditur<sup>4</sup>, nec interest feras bestias et volucres utrum in suo fundo quisque capiat an<sup>5</sup> in alieno. Plane qui<sup>6</sup> alienum fundum ingreditur venandi aut aucupandi gratia potest a domino, si is providerit, prohiberi ne ingrediatur. Quicquid autem ceperis eousque tuum esse intelligitur, donec

<sup>1</sup> Que bestie vel aves sint fere, que non *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> *corr. fr.* Vere H

<sup>3</sup> *corr. fr.* –ati C

<sup>4</sup> *corr. fr.* inc- P

<sup>5</sup> *om. Fr*

<sup>6</sup> *short erasure follows* C

tua custodia coercetur<sup>7</sup>. Cum autem evaserit custodiam tuam, et in naturalem libertatem se receperit, tuum esse desiit, et rursus occupantis sit. Naturalem autem libertatem recipere intelligitur, cum vel oculos tuos effugerit, vel ita sit in conspectu tuo ut difficilis sit eius<sup>8</sup> persecutio. Illud quesitum est an si fera bestia ita vulnerata sit ut capi possit, statim tua esse intelligatur. Quibusdam placuit tuam esse, et eousque tuam videri, donec eam persequaris. Quod si desieris persequi desinit<sup>9</sup> tua<sup>10</sup> esse, et rursus fieri occupantis. Alii<sup>11</sup> non aliter putaverunt tuam esse quam si ceperis. Sed posteriorem sententiam nos<sup>12</sup> confirmamus, quia multa accidere solent ut eam non capias. Apum quoque natura fera est. Itaque que in arbore tua considerint<sup>13</sup>, antequam a te alveo includantur, non magis tue esse intelliguntur quam volucres que in tua arbore nidum fecerint. Ideoque si alius eas incluserit, is earum dominus erit. Favos quoque, si quos effecerint, quilibet eximere potest. Plane integra re, si provideris<sup>14</sup> ingredientem in<sup>15</sup> fundum tuum, potes eum iure prohibere ne ingrediatur. Examen quoque ex alveo tuo si evolaverit, eousque tuum intelligitur, donec in conspectu tuo est, nec difficilis eius persecutio<sup>16</sup> est, alioquin occupantis fit. \*\*Pavonum et columbarum fera<sup>17</sup> natura est, nec ad rem pertinet quod ex consuetudine avolare et revolare solent, nam et apes idem faciunt, quarum constat feram esse naturam. Cervos quoque ita quidam<sup>18</sup> mansuetos habent<sup>19</sup>, ut in silvas ire et redire soleant, quorum et ipsorum feram esse naturam nemo negat. In his autem animalibus que ex consuetudine abire et redire solent, talis regula comprobata est ut eousque tua esse intelligantur<sup>20</sup>, donec animum revertendi habeant. Nam cum revertendi animum habere desierint, etiam tua esse<sup>21</sup> desinunt, et fiunt occupantium. Revertendi autem videntur animum<sup>22</sup> desinere habere cum revertendi consuetudinem deseruerint. Gallinarum et anserum non est fera natura, idque ex eo possumus intelligere quod alie sunt galline quas<sup>23</sup> feras vocamus. Item alii anseres sunt quos feras appellamus. Ideoque si anseres<sup>24</sup> tui, aut tue galline<sup>25</sup> aliquo casu<sup>26</sup> turbati turbateque<sup>27</sup> evolaverint, licet conspectum tuum effugerint, quocumque loco sunt, tui tueve esse intelliguntur, et qui lucrandi animo ea animalia retinet, furtum intelligitur<sup>28</sup> committere.

<sup>7</sup> after corr. C; corr. fr. –eatur B

<sup>8</sup> diff. sit eius CRPVBAM; sit eius diff. S

<sup>9</sup> -it CRPVBSHA; -ere M

<sup>10</sup> tua CRPVBS; tuam AM

<sup>11</sup> autem add. M, om. CRPVSHA; ?B

<sup>12</sup> post. sent. nos CRPBM; nos post. sent. V

<sup>13</sup> consid- CRPBSA; consed- C<sup>2</sup>VHM

<sup>14</sup> pro- CRPVBSA; pre- M

<sup>15</sup> in CRPVBSA; om. M

<sup>16</sup> pers- CRVBM; pros- P

<sup>17</sup> short lacuna follows P

<sup>18</sup> soleant add. and canc. P

<sup>19</sup> mans. hab. CRPVBAM; hab. mans. S

<sup>20</sup> -antur P<sup>2</sup>VAM; -atur CRPBSH

<sup>21</sup> ss C

<sup>22</sup> vid. an. CRPVSA; an. vid. M

<sup>23</sup> quas PVM; quos C

<sup>24</sup> domestici add. ss H

<sup>25</sup> domestice add. ss H

<sup>26</sup> corr. fr. casu C

<sup>27</sup> -teque CRPVSH; -taque A; -teve M

<sup>28</sup> corr. fr. –igentur V

*Inst. 2.1.12-16; CB Varia 1A 29d to revertendi habeant/ Ctp 3.25.5; IP 5.76*

### 35A (CRBS)

*Ut res ecclesie cum multiplicatione restituantur. Ex decretis Eusebii pape, cap. 3*

Est etiam in antiquis ecclesie statutis decretum ut qui aliena invadit non exeat impunitus, sed cum multiplicatione omnia restituat. Unde et in evangelio scriptum est, Quod si aliquem defraudavi reddo quadruplum.

*BD 11.25] cf 5.249b ,13.1a above*

### 35B (H)

*Aug' in sermone de periculo sacerdotis*

Si totum quod alteri abstulisses egentibus dedisses, nec talia opera diligit Deus. Dicit tibi, Stulte, iussi ut dares, sed non de alieno. Si habes, da de tuo. Si non habes quod des de tuo, melius nulli dabis quam alterum expoliabis.

### 36

*Quod ecclesiasticarum rerum incendia et depredationes pro emunitate sint emendande.*

*Ex epistola<sup>1</sup> Gregorii pape ad Constantiam reginam Gallie*

Cum devotissimam<sup>2</sup> dominam sciam de celesti vita atque remedio<sup>3</sup> anime sue sedulo cogitare, culpam me committere vehementer existimo, si ea que pro timore omnipotentis Dei sunt suggerenda, siluero, et te sanctissimam de ecclesiastica pace sedulo non commonuero. Nimis me Iuliani fratris et cepiscopi nostri proclamatio nuper contristavit, maxime cum ville sue videlicet ecclesie a nequissimis predonibus sint depredate, atque nocturnis incendiis more furum combuste. Et dum iidem maligni, iuxta nostri predecessoris Bonifacii decreta, pro emunitate illud emendare noluerunt, dum et seculi leges hec eadem ita habere voluerint<sup>4</sup>, lege vulgari teste, in qua sic scribitur. Si quis manu armata usque ad quatuor homines, in vicum alterius ad malefaciendum venerit, ille qui prior est, pro illicita presumptione componat solidos 900, sequaces vero eius unusquisque solid. 80. Si vero ibi incendium fecerint, sibi novies tantum componant, predam vero in quadruplum restituant. Si seculi leges talem iustitiam habere voluerint, lex divina cur inferior esse debet, cum in ipsius Veritatis presentia a Zacheo collaudatum sit. si alicuem defraudaret, ut in quadruplum restitueretur? Et quia summum in regibus bonum est iustitiam colere, ac sua cuique iura servare, et in subiectos non sinere quod potestatis est fieri, sed quod equum est custodiri; quod vos et diligere et omnino confidimus studere. Quapropter excellentie vestre mense Novembrio presentis anni, secunda indictione, Petrum fratrem et cepiscopum nostrum a gremio sancte Romane ecclesie transmittemus, ut fratribus eiusdem provincie in unum congregatis, emunitas, et presumptio, et sacrilegium canonica auctoritate, et vestra regia dignitate talem terminum accipiant, ne posthac membra diaboli, filii nequam in sancta ecclesia, te etiam ibi regnante, talia presumant.

*(lib. 4 regist., epist. 33, seu cap. 77). BD 11.26] (12, q. 2, c. Cum devotissimam.)*

<sup>1</sup> beati *add.* RH, *om.* CPVBSM

<sup>2</sup> dev. CPSM; *om.* Fr

<sup>3</sup> vita atque rem. CRPBS; rem. atque vita H

<sup>4</sup> dum et seculi – vol. ss V

**37<sup>1</sup>**

*De rebus ecclesiasticis, quomodo restitui debeant. Ex decr' Eusebii pape, cap. 8*

Et in legibus seculi cautum habetur, Qui rem subripit alienam, illi cuius res direpta est, in undecuplum que sublata sunt restituat. Et in lege divina legitur, Maledictus omnis qui transfert terminos proximi sui, et dicet omnis populus, Amen. Talia ergo non presumantur absque ultione, hec exercentur absque dampnatione. Pacem, et non dampnum, aut iniustitiam alicuius sectamini in invicem, et in omnes. Proinde si quis ecclesiasticas oblationes, et quod Deo consecratum fuerit, rapuerit vel consenserit facientibus, ut sacrilegus diiudicetur, et dampnum in quadruplum restituat, et canonicè peniteat.

*(Euseb. epist. 2 ad Egyptios) BD 11.27] (12, q. 2, c. In legibus.)*

---

<sup>1</sup> om. H

**37A (H)**

*Aug' in sermone de cp' evangelii ubi ait, Remittite et remittetur, d et d v*

Videamus quid tibi facit vicinus malus, potens malus, videamus quid tibi facit. Iustum te inveniat, fidelem te inveniat, Christianum te inveniat, quid tibi facturus est? Quod Stephano Iudei fecerunt, faciendo malum, miserunt ad bonum. Ergo quid? Ut liberet te Deus ab homine malo, attende te, noli tibi parcere, a te te liberet. Quomodo te a te liberat? Dimittendo peccata, donando merita, dando tibi vires pugnandi adversus concupiscentias tuas, inspirando virtutem, donando meriti tue celestem dilectionem, qua omnis delectatio terrena superetur. Hec tibi cum prestat Deus, liberat te a te, et securus expectas in huius seculi malis transitoriis, cum eis venturum Dominum bonis qua transire non potest.

*Augustine, Sermo 42 (CCSL 41. 506 lines 68-78)*

**38**

*Quod sacrilegi sint ecclesiarum predones. Ex concilio Magontiensi, cap. 3*

Sacrilegi sunt ecclesiarum predones. Unde et in concilio Agathensi sub 4 cap. decretum habetur ita<sup>1</sup>, Amico quidpiam rapere furtum est, ecclesie vero fraudari vel abstrahi subripique, sacrilegium. Omnes enim contra legem facientes, resque ecclesie diripientes, vel ecclesias sacerdotesque contra divinas sanctiones vexantes, sacrilegi vocantur, atque indubitanter infames sacrilegicè habendi sunt.

*BD 11.28]*

---

<sup>1</sup> hab. ita CPSH; ita hab. M

**39**

*De eadem re. Ex epistola Pii pape, Italis<sup>1</sup> fratribus missa*

Ad sedem autem<sup>2</sup> apostolicam perlatum est quod sint inter vos contentiones, et emulationes, et predia divinis usibus tradita quidam humanis applicent usibus<sup>3</sup>, et Domino Deo cui tradita sunt ea subtrahant, ut suis usibus inserviant. Quapropter ab

---

<sup>1</sup> -lis CRBS; -libus PV; -licis M

<sup>2</sup> autem CPS; om. M

<sup>3</sup> tradita quidam – usibus in mg. P

omnibus illa usurpationis contumelia depellenda est, ne predia sub secretis celestibus vindicata<sup>4</sup> a quibusdam irruentibus vexentur. Quod si quis presumpserit, sacrilegus habeatur, et sicut sacrilegus iudicetur. Ipsos autem qui hoc agunt, clericos et Domini sacerdotes persequi eosque infamare audivimus, ut malum super malum addentes deteriores fiant, non intelligentes quod ecclesia Dei in sacerdotibus consistat, et crescat in templum Dei, et sicut qui ecclesiam Dei devastat eiusque predia et donaria expoliat et invadit, fit sacrilegus, sic et ille qui eius sacerdotes insequitur, sacrilegii reus existit, et sicut sacrilegus iudicatur.

(*Epist. 2*) *BD 11.29*] (*12, q. 2, c. Predia.*)

<sup>4</sup> [usibus secretorum celestium dicata, sic codex concil.] *add. M*<sup>2</sup>

#### 40

*De his qui truncationes membrorum, depredationes<sup>1</sup> et domorum incendia fecerint. Ex decretis Eutichiani pape*

Si quis membrorum truncationes, domorum incendia fecerit, sive facere iusserit, aut facienti consenserit, quousque de his unicuique legaliter et amicabiliter coram episcopo civitatis aliisque civibus non emendaverit, ab ecclesia se privatum cognoscat. Si vero post secundam et tertiam conventionem cuncta in quibus arguitur, non emendaverit, tanquam ethnicus et publicanus ab omni Christianorum collegio separetur.

(*in frag.*) *BD 11.30*] *Ctp 3.26.1* (*23, q. 8, c. Si quis.*)

<sup>1</sup> *depred. CPSH; om. M*

#### 41

*<sup>1</sup>Ex dictis Hierononimi de furibus<sup>2</sup>*

Fur<sup>3</sup> autem non solum in maioribus, sed<sup>4</sup> in minoribus etiam iudicatur. Non enim quod furto ablatum est, sed mens furantis attenditur, quomodo in fornicatione, non idcirco diversa sit fornicatio, si mulier pulchra aut deformis, ancilla, aut ingenua, pauper aut opulenta; sed qualiscumque illa fuerit, una est fornicatio. Ita in furto quantumcumque quis abstulerit, furti crimen incurrit.

(*in c. II Ep. ad Tit.*) *BD 11.55*] (*14, q. 6, c. Fur autem.*)

<sup>1</sup> Quod furtum ita sit in parvo, sicut in magno *add. as rubr. M*

<sup>2</sup> Ex - furibus CPBS; Hierony. M

<sup>3</sup> Cur B

<sup>4</sup> et *add. CRM, om. PVBS*

#### 42

*De eadem re<sup>1</sup>. Ex penitentiali Theodori*

Si quis per necessitatem furatus fuerit cibaria, vel vestem, vel pecus, per famem, aut per nuditatem, peniteat hebdomadas tres. Si reddiderit, non cogatur ieiunare.

*BD 11.56*] *Ctp 3.26.2*

<sup>1</sup> ead. re CPSH; furibus L; penitentia furti M

## 43

*De eadem re. Ex concilio Aurelianensi, cap. 8*

Nam<sup>1</sup> si quis publicam rapinam seu furtum fecerit, publicam inde agat penitentiam, iuxta sacrorum canonum sanctiones. Si vero occulte, sacerdotum consilio peniteat, quoniam raptores, ut Apostolus ait (nisi inde veram egerint penitentiam) regnum Dei non possidebunt. Qui vero de rebus ecclesie aliquid abstulerit, gravius inde iudicetur, quia, quamvis ultio furum et raptorum ad comites respiciat, penitentia tamen ad episcopos pertinet.

*BD 11.57]*

---

<sup>1</sup> Nam CRPBSM; Iam H

## 44

*De eadem re. Ex penitentiali Theodori*

Si quis furtum capitale commiserit, id est quadrupedia tulerit, vel casas effregerit, 7 annos peniteat, et quod furatum est reddat. Si quis vero de minoribus semel aut bis furtum fecerit, reddat quod tulit, et annum unum peniteat. Si quis sepulcrum violaverit, septem annos peniteat, tres ex his in pane et aqua.

*BD 11.58] (27, q. 4, c. Si quis furtum.)*

## 45

*De eadem re<sup>1</sup>. Ex concilio Triburiensi, cap. 5*

Fures et latrones si in furando et predando occiduntur, visum est pro eis non orandum. Si comprehensi aut vulnerati presbitero vel diacono confessi fuerint, communionem eis non negamus.

*(c. 31, quanquam non iisdem verbis). BD 11.59] (13, q. 2, c. Fures et latrones.)*

---

<sup>1</sup> De ead. re CPS; Quod pro furibus et latronibus in furto seu depredatione occisis non sit orandum M

## 46

*De eadem re<sup>1</sup>. Ex concilio Aurelianensi, cap. 1*

Si fur aut latro captus in preda absque occisione<sup>2</sup> potest comprehendi, et tamen interficitur, quia ad imaginem Dei creati, et in nomine eius baptizati sunt, interfectores eorum 40 diebus non intrent ecclesiam, lanea veste induti ab escis et potibus, qui interdicti sunt, a toro et gladio et equitatu se abstineant. In tertia, quinta feria, et Sabbato aliquo genere leguminum vel olerum et pomis parvisque piscibus, cum mediocri cervisia vicissim utantur, et temperate. Sin autem a veridicis comprobatur testibus, quod sine odii meditatione se suaque liberando diaboli membra interficiunt, et capi non poterant, penitentiam pro homicidio eis non iniungimus, nisi ipsi voluerint aliquid quod humanitatis est facere.

*BD 11.60 has more] (13, q. 2, c. Si fur et latro.)*

---

<sup>1</sup> De eadem re CPSH; Utrum penitere debeant qui furem vel latronem in preda captum postea interficiunt M

<sup>2</sup> occis- CPSM; occas- Fr



## 47

*De eadem re. In Exodo dicitur<sup>1</sup>*

Si infringens fur domum sive effodiens fuerit inventus, et accepto vulnere mortuus fuerit, percussor non erit reus sanguinis. Quod si orto sole fecerit, homicidium perpetravit, et ipse morietur. Si non habuerit quod pro furto reddat venundabitur. Si inventum fuerit apud eum quod furatus est, vivens sive bos, sive asinus, sive ovis, duplum restituet.

*BD 11.61]*

---

<sup>1</sup> In Ex. dic. CPS; Exodi XXII. M

## 48

*De servo qui fugerit dominum suum<sup>1</sup>*

Ex epistola Hieronimi ad Pacasium<sup>2</sup> Alexandrinum<sup>3</sup>. De servo qui dominum suum fugerit, interrogabas, si ille in illa fuga mortuus fuerit, utrum pro eo liceret orare, an non. Hoc in divinis libris non invenimus prohibitum; sed tamen scimus ab apostolis firmiter preceptum ut servi subditi sint in omni timore dominis, non tantum bonis et modestis, sed etiam discolis. Et<sup>4</sup> in Gangrensi concilio<sup>5</sup> ita scriptum est, Si quis servum sub pretextu divini cultus doceat dominum proprium contempnere, ut discedat ab eius obsequio, anathema sit. Unde datur intelligi quod si ille anathema meruit, qui docet servum proprium dominum contempnere, et ab eius obsequio recedere, quanto magis ille qui dominum spernit, et eius servitio subdi noluerit. Sed tamen distantia est inter illum qui per superbiam fecerit, et illum qui per necessitatem coactus crudelitate domini sui.

*BD 11.62]*

---

<sup>1</sup> Ex epistola Hieronimi *add. PVS, om. CRBHM*

<sup>2</sup> ad Pac- CRPVBHM; ad Pasch- VM; *om. S*

<sup>3</sup> Ex ep. (beati *add. H*) - Alex. *as insc. only* CRBHM

<sup>4</sup> Et CPBM; *om. S*

<sup>5</sup> (Gang. conc. cap. 3) *add. M<sup>2</sup>*

## 49

*De clericis si in demoliendis sepulcris comprehensi fuerint. Ex concilio Toletano V<sup>1</sup>, cap.*

## 45

Si quis clericus in demoliendis sepulcris fuerit deprehensus, quia facinus hoc pro sacrilegio legibus publicis sanguine vindicatur, oportet in tali scelere proditum a clericatus ordine submoveri, et penitentie triennio deputari.

*BD 11.63]*

---

<sup>1</sup> V CPSH; IV M

**50**

*De clericis aut<sup>1</sup> monachis si furtum fecerint. Ex concilio Agatensi, cap. 2*

Si quis clericus aut monachus furtum fecerit (quod potius sacrilegium dici potest) id censuimus ordinandum, ut iunior virgis cesus tanti criminis reus nunquam officium ecclesiasticum<sup>2</sup> excipiat. Si vero iam ordinatus<sup>3</sup> in hoc facinore fuerit deprehensus, nominis ipsius dignitate privetur; cui sufficere potest pro actus sui levitate, impleta penitentiae satisfactione, sola communio.

*(Ex regula Patrum. Simile quid habetur huius co. ca. 4 et 5) BD 11.64].*

---

<sup>1</sup> aut CPS; vel M

<sup>2</sup> [clericatus] *add. Fr*

<sup>3</sup> [clericus, orig.] *add. Fr*

**51**

*De illis qui de ministerio ecclesie aliquid furati fuerint<sup>1</sup>. Ex penitentiali Romano*

Si aliquis de ministerio ecclesie quolibet modo aliquid furatus fuerit, 7 annos peniteat.

*BD 11.65]*

---

<sup>1</sup> fur. fuer. CPSM; fuerit *Fr*

**51A (S)**

*De monachis si de furto infamati fuerint quomodo se expurgare debeant. Ex concilio Garm' cap. x*

Sepe contingit ut in monasteriis monachorum furta perpetrentur. Idcirco statuimus ut quando ipsi fratres de talibus se expurgare debuerint, missa ab abbate celebretur vel ab aliquo presentibus fratribus, et sic expleta missa omnes communicent in hec verba, Corpus Domini sit mihi ad probationem hodie.

*BD 11.66]*

**52**

*Ut maledici nisi se corrigant regnum Dei non possidebunt<sup>1</sup>. Ex dictis Hieronimi*

Apostolus dicit, Neque maledici regnum Dei<sup>2</sup> possidebunt. Si quis hoc peccatum admiserit tam grande peniteat, quam grande perpetravit scelus, quo a regno Dei non separetur.

*BD 10.51]*

---

<sup>1</sup> Ut - poss. CPS; De maledicis et pena eorum. M

<sup>2</sup> mal. reg. Dei CVBSM; reg. Dei mal. P

**53**

*De illis qui murmurant<sup>1</sup>. Ex concilio Magontiensi, cap. 8*

Si quis murmurans extiterit, videat ne penam murmurantium incurrat, de qua Apostolus dicit, Neque murmuraveritis sicut quidam eorum murmuraverunt, et perierunt ab exter minatore. Iuxta mensuram opusque peccati, quia in hoc sententia Apostoli pleniter declaratur, sacerdotis iudicio peniteat.

*BD 10.52] (Dist. 90, c. Alienus sit.)*

<sup>1</sup> De - murmurant CPSH; De murmuratoribus M

**54**

*De eadem re. Ex eodem*

Qui contentiosus aut murmurans extiterit, secundum arbitrium prioris ita peniteat, qualiter culpe qualitas extat<sup>1</sup>.

*BD 10.53] (Dist. 90, c. Si quis monachus.)*

<sup>1</sup> [modus] *add.* M

**55**

*De eadem re.<sup>1</sup>*

Apostolus dicit, Omnia facite sine murmurationibus; alienus sit a fratrum unitate qui murmurat, et opus eius abiiciatur.

*BD 10.54]*

<sup>1</sup> Apostolus ait PBS; *om.* CRVM

**56**

*De contentiosis. Ex decretis Hilarii pape, cap. 15*

Si quis videtur contentiosus esse, dicente Apostolo, Nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia Dei, si quis hoc facit, notetur usquequo corrigatur.

*(ad calcem decreto. Hilarii) BD 10.55]*

**57**

*De his qui in lingua lascivi fuerint<sup>1</sup>. Ex penitentiali Theodori*

Si quis lascivus in lingua fuerit<sup>2</sup>, tridua penitentia expietur<sup>3</sup>.

*BD 10.56]*

<sup>1</sup> De his - fuerint CPSH; De illis qui lasciva sunt lingua M

<sup>2</sup> [extiterit] *add.* M<sup>2</sup>

<sup>3</sup> expietur CRBSHM; excipietur PV

**58**

*De illis qui per odium dissidentes extiterint<sup>1</sup>. Ex dictis Isidori*

Si quis discors, et litigans, et per odium dissidens exstiterit, quousque ad concordiam redeat a conventu et societate ecclesie, ut canones iubent, alienus existat.  
*BD 10.57]*

---

<sup>1</sup> illis - extit. CPBS; dissidentibus et litigantibus M

**59**

*De illo qui odio habet aliquem et ad pacem reverti noluerit<sup>1</sup>. Ex eodem*

Si quis odio habet aliquem, ita ut ad pacem reverti non velit, sicut sancti Patres statuerunt, excommunicetur, et ab ecclesia separetur donec reconcilietur.  
*BD 10.58]*

---

<sup>1</sup> illo - noluerit CPS; his qui de odio ad pacem nolunt redire M

**60**

*De eadem re. Ex decretis Fabiani pape, cap. 5*

Si quis contristatus noluerit reconciliari satisfaciente eo qui contristavit, acerrimis maceretur inediis, usque dum gratanti animo satisfactionem recipiat.  
*(in fragm.).BD 10.59] (Dist. 90, c. Si quis contristatus.)*

**61**

*De eadem re. Ex eodem*

Si quis non vult reconciliari fratri suo quem odio habet, tamdiu in pane et aqua peniteat, usque dum reconcilietur ei<sup>1</sup>.  
*BD 10.60]*

---

<sup>1</sup> rec. ei CPM; ei rec. S

**62**

*De eadem re. Ex concilio Agathensi, cap. 7<sup>1</sup>*

Placuit etiam, ut (sicut plerumque fit) quicumque odio aut longinqua inter se lite dissenserint, et ad pacem revocari diuturna contentione nequiverint. a sacerdotibus civitatis primitus arguantur, qui si inimicitias deponere perniciose intentione noluerint, de ecclesie cetu iustissima excommunicatione pellantur.  
*BD 10.61] (Dist. 90, c. Placuit etiam.)*

---

<sup>1</sup> 7 CPSH; 31 M

**63**

*De illis qui contentiones et rixas amaverint. Ex eodem concilio, cap. 5<sup>1</sup>*

Si quis contentiones et<sup>2</sup> rixas amaverit, vel manifestum convicium fratri intulerit, iuxta arbitrium Rectoris modumque peccati, diuturna expietur penitentia.

(*Additur ad calcem co. Aga.*) *BD 10.62]* (*Dist. 90, c. Si quis monachus.*)

---

<sup>1</sup> cap. 5 CPM; *om.* S

<sup>2</sup> et CRVM; vel PBS

**64**

*De his qui faciles sunt ad detrahendum. Ex eodem, cap. 10*

Si quis promptus facilisque est ad detrahendum, dicens quod verum non est, 7 dies in pane et aqua sequestratus a fraterno consortio peniteat.

(*annectitur et hoc ad calcem eiusd. concii.*) *BD 10.63]*

**65**

*De eadem re<sup>1</sup>. Ex concilio Tungrensi<sup>2</sup>, cap. 5*

Quisquis per dolum mittit manum suam in Christum Domini, episcopum videlicet Patrem et pastorem suum, quia sacrilegium committit, et qui ecclesiam devastat, et incendit, quia et hoc sacrilegium est, placuit sancte sinodo ut in uno loco, id est in monasterio, peniteat omnibus diebus vite sue.

*BD 10.65]*

---

<sup>1</sup> De - re CPS; De penitentia eius qui manum mittit in episcopum M

<sup>2</sup> Tung- CBSM; Tong- PV

**66**

*De clericis maledicis. Ex concilio Carthaginensi<sup>1</sup>, cap. 57*

Clericus maledicus maximeque a<sup>2</sup> sacerdotibus<sup>3</sup>, cogatur ad postulandam veniam; si noluerit, degradetur, nec unquam ad officium absque satisfactione revocetur.

*BD 10.66]* (*Dist. 46, c. Clericus maledicus.*)

---

<sup>1</sup> IV *add.* M

<sup>2</sup> maximeque a CPS; maxime in M

<sup>3</sup> [maximeque a sacerdotibus] *add.* M<sup>2</sup>

**67**

*De illis qui detrahunt suis prioribus. Ex dictis Basilii*

Si quis detraxerit ei qui preest, septem dies a conventu ecclesie separatus, ut Maria soror Aaron que detraxit<sup>1</sup> Moisi, peniteat.

(*in regulis brevioribus ad quest. 27.*) *BD 10.67]*

---

<sup>1</sup> -axit CPS; -axerat M

## 68

<sup>1</sup>*Aurelius aug. in epistola<sup>2</sup> ad Aurelium episcopum*

Comessationes et ebrietates ita concesse et licite putantur, ut in honorem etiam beatissimorum martirum, non solum per dies solempnes (quod ipsum quis non lugendum videat, qui hec non carneis oculis inspicit), sed et quotidie celebrentur. Et post pauca. Non ergo aspere (quantum existimo) non duriter, non modo imperioso ista tolluntur; sed magis docendo quam iubendo, magis monendo quam minando. Sic enim agendum est cum multitudine; severitas autem exercenda est in peccata paucorum, et si quid minamur, cum dolore fiat, de Scripturis comminando vindictam futuram, ne nos ipsi in nostra potestate sed Deus in nostro sermone timeatur. Ita prius movebuntur spirituales vel spiritualibus proximi, quorum auctoritate et lenissimis quidem, sed instantissimis admonitionibus cetera multitudo frangatur.

*Epist. 64] Ctp 3.26.3 (Dist. 44, c. Comessationes.)*

<sup>1</sup> Quibus modis tollende sint comessationes et ebrietates *add. as rubr. M*

<sup>2</sup> Aurelius aug. in ep. CPBH; August. in epist. SM

## 69

*Quod crapula multum sit Christianis contraria. Ex dictis<sup>1</sup> Benedicti*

Nichil sic contrarium est homini Christiano quomodo crapula et ebrietate, sicut ait Dominus in Evangelio, Videte ne graventur corda vestra crapula et ebrietate.

*BD 14.1]*

<sup>1</sup> sancti *add. C<sup>2</sup>M, om. CRPVBS*

## 70

*Ut malum ebrietatis omnino vitetur<sup>1</sup>. Ex decret. Euthichiani pape, cap. 8*

Magnum malum ebrietatis<sup>2</sup>, unde omnia vitia pullulant, Christianis modis omnibus cavere precipimus. Qui autem hoc vitare noluerit, excommunicandum esse decrevimus, usque ad congruam emendationem.

*(ad calc. decretorum Euty.) BD 14.2]*

<sup>1</sup> Ut - vit. CPHM; *om. S*

<sup>2</sup> mal. ebr. CVBSHM; ebr. mal. P

## 71

*Quod<sup>1</sup> episcopi et eorum ministri crapula et ebrietate non debeant gravari<sup>2</sup>. Ex decretis eiusdem, cap. 9*

Episcopi et Dei ministri non debent comessationibus et vinolentiis nimis incumbere, sed considerent sententiam Domini dicentis, Attendite ne graventur corda vestra crapula et ebrietate. Moderate enim cibum et necessarium sumptum sumant, ut, iuxta Apostolum, sobrii sint et parati ad servitium Domini<sup>3</sup>.

<sup>1</sup> Quod CPSH; Ne M

<sup>2</sup> non deb. grav. CPSH; graventur M

<sup>3</sup> Domini CPSH; Dei M

*(ad calcem decretorum eiusdem) BD 14.3]*

**72**

*De eadem re. Ex concilio Cabilonensi, cap. 10<sup>1</sup>*

Ut sobrietatem sacerdotes teneant, et hanc habendam fidelibus predicent, quia non potest libere sobrietatem predicare qui se mero usque ad alienationem mentis ingurgitat. Hoc et de comessionibus et ceteris pestibus ad gastrimargiam pertinentibus observandum est.

*(Cabilo. conc. 2 cap. 10) BD 14.4 var.]*

---

<sup>1</sup> cap. 10 CPHM; om. S

**73**

*De eadem re. In canone<sup>1</sup> apostolorum, tit.<sup>2</sup> 42*

Episcopus, presbiter, aut diaconus alee atque ebrietati deserviens, aut desinat, aut certe dampnetur. Subdiaconus, aut lector aut cantor similia faciens aut desinat, aut communione privetur. Similiter etiam laicus.

*BD 14.5] IP 3.170 (Dist. 35, c. Episcopus.)*

---

<sup>1</sup> In can. CPS; Ex canonibus M

<sup>2</sup> tit. CPS; cap. M

**74**

*Ex eodem<sup>1</sup>, cap. 43*

Si quis episcopus aut aliquis ordinatus in consuetudine ebriosus fuerit, aut desinat, aut deponatur.

*BD 14.6]*

---

<sup>1</sup> Ex eod. CPS; Ex canone apostolorum H; De eadem re. Ibidem M

**75**

*Quales convive sacerdotum<sup>1</sup> epulis interesse debeant. Ex decretis Eusebii pape, cap. 10*

Oportet episcopum moderatis epulis contentum esse suosque convivas ad comedendum et potandum non urgere, quin potius semper sobrietatis prebeat exemplum. Removeatur ab eius convivio cuncta turpitudinis argumenta<sup>2</sup>, non ludicra spectacula, non acromatum vaniloquia, non fatuorum stultiloquia, non scurrilium admittantur prestigia. Adsint peregrini, et pauperes, et debiles, qui de sacerdotali mensa Christum benedicentes benedictionem percipiant. Recitetur sacra lectio, subsequatur vive vocis exhortatio, ut non tantum corporali cibo, imo verbi spiritualis alimento convivantes se refectos gratulentur, ut in omnibus honorificetur Deus, per Iesum Christum Dominum nostrum.

*(annectitur ad calcem decretorum Eusebii) BD 14.7]*

---

<sup>1</sup> sac. CPSH; episcoporum M

<sup>2</sup> [augmenta] add. M<sup>2</sup>

## 76

*De eadem re<sup>1</sup>. Ex penitentiali Theodori episcopi*

Sacerdos quilibet si inebriatur per ignorantiam, septem dies peniteat in pane et aqua. Si per negligentiam, quindecim dies. Si per contemptum, quadraginta dies.<sup>2</sup> Diaconus vel monachus secundum ordinem (ut scriptum est) ceu et reliqui clerici et ministri iuxta ordinem iudicio sacerdotis peniteant. Laici velut vota non habentes, si inebriantur arguantur a sacerdote, quod ebriosi regnum Dei non possidebunt, et interitus sit ebrietas, et compellat eos penitere. Qui cogit hominem ut inebrietur humanitatis gratia, acerrime corripatur, et septem dies peniteat; si per contemptum triginta dies. Nullus Christianus alium Christianum plus bibere cogat quam nature sufficiat. Quod si fecerit, iuxta id quod in penitentiali habetur, peniteat.

*BD 14.8]*

<sup>1</sup> De eadem re CPS; De penitentia sacerdotum et reliquorum ordinum si inebriati fuerint M

<sup>2</sup> Si per cont. – dies ss V

## 77

*De eadem re. Ex dictis Fructuosi episcopi*

Si quis ecclesiastica peditus ordinatione, aut monachus repertus fuerit ebriosus, in pane et aqua tribus mensibus peniteat.

*BD 14.9]*

## 78

*Ex decretis Eutichiani pape, cap. 13. De eadem re<sup>1</sup>*

Observandum est vobis ut et vos ab ebrietate abstinenceis, et ut plebes subdite abstinenceis, predicetis<sup>2</sup>. Et neque per tabernas eatis bibendo aut comedendo, neque domos aut vicos curiositate qualibet peragretis; neque cum feminis aut cum quibuslibet personis impuris convivia exerceatis, nisi forte paterfamilias quilibet vos ad domum suam invitaverit, et cum coniuge sua et prole velit vobiscum spirituali gaudio letari, et verborum vestrorum refectionem accipere, et vobis refectionem carnalem charitatis officio exhibere. Oportet enim ut, si quando quislibet fidelium carnalibus vos reficit epulis, a vobis reficiatur epulis spiritualibus.

*(ad calcem decretorum Eutyhii) BD 14.10]*

<sup>1</sup> De ead. re CPH; om. S; Ut clerici et ipsi a comensationibus et ebrietatibus abstinenceis, et subditos abstinenceis precipiant *before insc.* M

<sup>2</sup> [precipiatis] *add.* M<sup>2</sup>

## 79

*Qui ebrius fuerit ut ordo patitur peniteat<sup>1</sup>. Ex concilio Agathensi, cap. 10<sup>2</sup>*

Itaque eum quem ebrium fuisse constiterit (ut ordo patitur) aut 30 dierum spatio a communione statuimus submovendum, aut corporali dandum supplicio.

<sup>1</sup> Qui - pen. CPH; De penitentia eius qui ebrius fuerit M

<sup>2</sup> 10 CPH; 41 M



*BD 14.11] (Dist. 35, c. Ante omnia.)*

### 80

*Quod vino inebriari non liceat sed fugiendum sit<sup>1</sup>. Ex dictis Augustini*

Fuge vinum velut venenum, ne ebrietas superet te, expoliatumque virtutibus te nudum efficiat. Vinum enim, ut sancta Scriptura dicit, apostatare facit etiam sapientes. Attende Ne virum sapientem et sanctum quomodo per ebrietatem nudatus est dormiens. Attende et Lot patriarcham qui per ebrietatem se miscuit filiabus impudenter. Hinc beatus Basilius dicit, Multi per vinum a demonibus capti sunt; nec est aliud ebrietas quam manifestissimus demon<sup>2</sup>. Hinc propheta ait, Fornicatio et vinum, et ebrietas aufert cor. Ebrietas enim perturbationem parit, gignit mentis furorem, et flammam suscitatur libidinis, Apostolo teste, Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Si quis autem contra hec fecerit sanctorum statuta, dignam et longam agat penitentiam, quia unum est ex his peccatis que hominem separant a regno Dei, dicente apostolo Paulo, Neque ebriosi regnum Dei possidebunt.

*BD 14.12]*

---

<sup>1</sup> vino - sit CPS; vinum ut venenum sit fugiendum M

<sup>2</sup> (Basilius tomo II, in admonitione ad filium spiritualem) *add.* M<sup>2</sup>

### 81

*De illis qui per ebrietatem<sup>1</sup> vomitum fecerit. Ex penitentiali Romano*

Qui per ebrietatem vomitum facit, si presbiter aut diaconus est, quadraginta dies peniteat; si monachus, triginta dies; si clericus, viginti dies; si laicus, quindecim dies.

*BD 14.13]*

---

<sup>1</sup> illis - ebriet. CPSH; penitentia eius qui ex ebrietate M

### 82

*De eadem re. Ex Penitentiali Bede presbiteri*

Laicus si per ebrietatem vomitum facit, tres dies a carne et vino, et cervisia abstineat.

*BD 14.14]*

### 83

*De illis qui per superbiam alios inebriant<sup>1</sup>*

Si quis per nequitiam alium inebriat, quadraginta dies peniteat. Quod si in consuetudine habuerit, communionem privetur, donec digne peniteat, et emendationem promittat.

*BD 14.15]*

---

<sup>1</sup> illis - inebriant CPS; penitentia eius qui per nequitiam alios inebriat M. Nota *in mg.* L

## 84

*Quod fugienda sit ebrietas. Ex decr. Clementis pape, cap. 35*

Ebrietatem oppido prohibebat, et ebriosos corpore et animo mortuos esse predicabat. De quibus per exemplum aiebat, *Ve qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, et potandum usque ad vesperam, ut vino estuetis. Cithara, et lira, et timpanum, et tibia, et vinum in conviviis vestris, et opus Domini non respicitis, nec opera manuum eius consideratis. Et iterum, Ve qui potentes estis ad bibendum vinum, et viri fortes ad miscendam ebrietatem, qui iustificatis impium pro muneribus, et iustitiam iusti aufertis ab eo. Propter hoc, sicut devorat stipulam lingua ignis, et calor flamme exurit, sic radix eorum quasi favilla erit, et germen eorum ut pulvis ascendet. Abiecerunt enim legem Domini exercituum, et eloquium sancti Israelis blasphemaverunt; ideo iratus est furor Domini in populo suo, et extendit manum suam super eum, et percussit eum, et conturbati sunt montes, et facta sunt morticina eorum quasi stersus in medio platearum. In omnibus his non est aversus furor eius, sed adhuc manus eius extenta.*

*(episto. 1 ad Iacobum fratrem Domini) BD 14.16]*

## 85

*De eodem<sup>1</sup>. Isidorus dicit*

Esce crapulam, potus ebrietatem generant. Ebrietas autem perturbationem gignit mentis, furorem cordis, flammam libidinis. Ebrietas ita mentem alienat, ut ubi sit nesciat. Unde etiam malum non sentitur quod per ebrietatem committitur. Verum est quod iuxta prophetam dicitur, Fornicatio et ebrietas auferunt cor. Fornicatio enim, sicut ait Salomon, infatuat sapientem. Ebrietas, sicut in Lot, sensum rationis captivat; unde et in Proverbiis, Potentes, inquit, qui iracundi sunt vinum non bibant, ne, cum biberint, obliviscantur sapientiam. Plerisque laus est multum bibere, et non inebriari. Audiant hi adversum se dicentem prophetam, *Ve qui potentes estis ad bibendum vinum, et viri fortes ad miscendam ebrietatem. Vino multo deditos et luxuriose viventes Isaias sic arguit dicens, Ve qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, et potandum usque ad vesperam, ut vino estuetis. De talibus et alio loco dicitur, Ve tibi, civitas cuius rex iuvenis est, et cuius principes mane comedunt. Multi enim a mane usque ad solis occubitum ebrietati et gule voluptatibus serviunt, nec intelligunt cur nati sint, sed consuetudine belluina detenti, luxurie tantum tota die epulisque inserviunt. Clamat Iel propheta his qui ebrietati deserviunt, dicens, Expergiscimini ebrii, et flete, et ululate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine. Quo testimonio non ait tantum, Flete omnes, qui bibitis vinum, ut bibere omnino non liceat, sed adiecit in dulcedine, quod ad voluptuosam pertinet et prodigam effusionem. Nam quantum satis est necessitati edocet Timotheum bibere Apostolus dicens, Vino modico utere. Non solum ex vino inebriantur homines, sed etiam ex ceteris potandi generibus, que vario modo conficiuntur. Unde et Nazareis qui se sanctificabant Domino, preceptum est vinum et siceram non bibere, utraque enim statum mentis evertunt, et ebrios faciunt, luxuriam quoque carnis utraque equaliter gignunt. Quidam continentes sicut panem cum pondere edunt, ita et aquam cum mensura sumunt, asserentes ad castimoniam carnis etiam aque abstinentiam convenire.*

*(lib. II De summo bono, ca. 43.) BD 14.17]*

<sup>1</sup> De eodem CPS; Que mala ebrietas in corpore et mente hominis generet M

**86\***<sup>1</sup>*Lib. VI<sup>2</sup> Institutionum<sup>3</sup>, tit. I*Quod infans vel furiosus perdidit<sup>4</sup> possessori vel corrumpit, impunitum est.*Dig. 6.1.60; CB Varia 1A 10]*

---

<sup>1</sup> De impunitate furiosi si quid per eum perditum fuerit *add. as rubr.* M<sup>2</sup> VI PVSAß; VII CRHM<sup>3</sup> Inst. CRPVSHM; *om.* A<sup>4</sup> perdidit CPSßM; perdit V; ?R**87\***<sup>1</sup>*Institut. lib.<sup>2</sup> XXIII<sup>3</sup>, tit. II*Furor contrahi matrimonium<sup>4</sup> non sinit, quia consensu opus est, sed recte contractum non impedit.*Dig. 23.2.16.2; CB Varia 1A 22]*

---

<sup>1</sup> Furiosis matrimonia non contrahenda, contracta non dirimenda *add. as rubr.* M<sup>2</sup> Inst. lib. CRSHM; Lib. Inst. PV; Lib. A<sup>3</sup> XXIII CPVSAß; XXIV RHM<sup>4</sup> matrimonium CRSßM; testimonium PV**89\*[88 CRPVBSA]***Liber III titul. 19<sup>1</sup>*Furiosus quoque nullum negotium gerere<sup>2</sup> potest, quia non intelligit quod<sup>3</sup> agit.*Inst. 3.19.8]*

---

<sup>1</sup> Lib. III tit. 19 PVBSA; Lib. III Instit. tit. 19 CRH; Item, de furiosis. Lib. III Instit. tit. 20 M<sup>2</sup> gerere PVSM; agere CR<sup>3</sup> quod R<sup>2</sup>M; quid CRPSV**88\*[89 CRPVBSA]**<sup>1</sup>*Ambrosius super Lucam, Lib. I titul. 6<sup>2</sup>*

Furiosus, licet ducere uxorem non possit, retinere tamen matrimonium potest.

*Dig. I. 6. 8 pr; CB Varia II 16f] below, 16.193 end, Ctp 3.26.4, cf 3.29.126*

---

<sup>1</sup> Item, de eodem *add. as rubr.* M<sup>2</sup> Lib. I tit. 6 CR?PVSA; *om.* M**90\***<sup>1</sup>*Novellarum constit.<sup>2</sup>104*

Si furiosus filius vel quecumque persona liberorum sit in furore, eadem teneantur que superius de furiosis parentibus diximus.

*Ctp 3.26.5*

---

<sup>1</sup> Quod idem sit sentiendum de furiosis filiis et parentibus *add. as rubr.* M<sup>2</sup> cap. *add.* M, *om.* CPSA

**91\***

<sup>1</sup>*Ambr. Exameron<sup>2</sup>, in tract. prime diei<sup>3</sup>*

In iudiciis istiusmodi voluntarios reos non ex necessitate compulsos culpa stringit, pena condempnat. Neque enim si furore aliquis innocentem peremerit, obnoxius morti est; quin etiam ipsius divine legis oraculo, si quis per imprudentiam intulerit necem, accipit impunitatis spem, refugii facultatem, ut possit evadere. Hoc igitur de eo quod proprie malum videtur, dictum sit. Mala enim non sunt, nisi que crimine mentem implicant, et conscientiam ligant.

*(lib. I, c. 1). Ctp 3.26.6*

<sup>1</sup> De impunitate furiosi *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Exam. CPSA; li. Hexeme. M

<sup>3</sup> i diei CPAM; diei i S

**92\***

<sup>1</sup>*August. in<sup>2</sup> lib. Questionum Veteris et Novi Testamenti, cap. 2*

Aliquos scimus subito dementes factos ferro, fuste, lapidibus, morsibus multis nocuisse, quosdam et occidisse. Captos autem industria et iudiciis oblatos minime reos factos, eo quod non voluntate, sed, impellente vi nescio qua hec gesserint nescientes. Quomodo enim reus constituitur, qui nescit quod<sup>3</sup> fecerit?

*Ctp 3.26.7 (15, q. 1, c. Quos scimus.)*

<sup>1</sup> De eodem *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> in CPSHA; *om.* M

<sup>3</sup> quod RVBSH; quid CM;?P

**93\***

<sup>1</sup>*Institutionum lib. II, tit. XII*

Testamentum non possunt facere<sup>2</sup> impuberes, quia nullum eorum animi iudicium est. Item. Ebrii, qui<sup>3</sup> mente carent. Nec ad rem pertinet si impubes postea pubes<sup>4</sup>, aut furiosus postea compos mentis factus fuerit, et decesserit. Furiosi autem si per id tempus fecerint testamentum quo furor eorum intermissus est, iure testati<sup>5</sup> esse videntur.<sup>6</sup>

*CB Varia 1A 33b; cf 16.188 below] Ctp 3.26.8, cf 3.29.121*

<sup>1</sup> Quod impuberes et furiosi non possint testamentum facere *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> non poss. fac. CRPVSH; fac. non poss. AM

<sup>3</sup> Ebrii qui CRPVS; Furiosi quia M; Eburi qui A; Furiosi qui β

<sup>4</sup> postea pubes CRP(mg.)VSAM; factus *in text* P

<sup>5</sup> testamenti (vel testati *ss*) R

<sup>6</sup> A *has here (at foot of fo. 183v) Canones apostolorum capitulo 42 (cf above 13.73); top of fo. 184 blank*

**94***<sup>1</sup>Toletano concilio<sup>2</sup> cap. 58*

De Iudeis precepit sancta synodus nemini deinceps vim inferri ad credendum. Item<sup>3</sup>. Iudei non vi sed libera arbitrii voluntate<sup>4</sup> ut convertantur, suadendi non potius<sup>5</sup> impellendi.

*(Tolet. conc. 4 cap. 56). cf Ctp 2.37.18] (Dist. 45, c. De Iudeis.)*

<sup>1</sup> Iudeos non esse cogendos ad fidem Christianam *as rubr.* Ex *add.* M

<sup>2</sup> Toletano concilio PVM; Toletan' conc' CB; Toletanum concilium RS

<sup>3</sup> (eodem conc.) *add.* M<sup>2</sup>

<sup>4</sup> [liberi arbitrii facultate] *add.* M<sup>2</sup>

<sup>5</sup> non pot. CPS; potius sunt quam M

**95***<sup>1</sup>Item*

Quicumque episcopus, sive clericus, sive secularis, ullis Iudeis contra fidem Christianam vel munere vel favore auxilium prestiterit, vere ut profanus et sacrilegus, anathema effectus ab ecclesia catholica et regno Dei efficiatur extraneus, quia dignum est ut a corpore Christi separetur, qui eius inimicis patronus efficitur.

*(cap. 57).*

<sup>1</sup> Ut nullus Iudeis in errore suo patrocinetur *add. as rubr.* M

**96***<sup>1</sup>Item*

Infirmari oportet eorum testimonium, qui in fide falsi docentur, nec eis esse credendum qui veritatis fidem a se abiecerunt.

*(Eiusdem conc. cap. 63) ] (2, q. 7, c. Non potest.)*

<sup>1</sup> De infirmando Iudeorum testimonio *add. as rubr.* M

**97***<sup>1</sup>Item*

Ii<sup>2</sup> qui ex Iudeis, officia publica nullatenus appetant, quia sub hac occasione Christianis iniuriam faciunt, ideoque iudices provinciarum cum sacerdotibus, eorum subreptiones fraudulentas suspendant, et officia publica eos agere non permittant. Si quis autem hoc permiserit, velut in sacrilegum excommunicatio proferatur, et is qui subreperit publicis codicibus<sup>3</sup> deputetur.

*(ibidem, ca. 64) Ctp 2.37.24] (27, q. 4, c. Constituit sanctum.)*

<sup>1</sup> Ne publica officia Iudeis committantur *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Ii CPS; Hii M

<sup>3</sup> vel conditionibus *add. ss R; [cedibus, orig.] add. Fr*

**98\***<sup>1</sup>*Item*

Iudeis non liceat Christianos servos nec Christiana mancipia emere, nec  
<sup>2</sup>cuiusquam consequi largitate. Nefas est enim ut membra Christi serviant membris  
 Antichristi. Quod si deinceps servos Christianos vel ancillas Iudei habere presumpserint,  
 sublatis ab eorum dominatu libertatem a principe consequantur.

(*Eiusdem concii. cap. 65*)

<sup>1</sup> Ne Iudei mancipia Christiana emere presumant *add. as rubr. M*

<sup>2</sup> A fo. 179 resumes

**99\***<sup>1</sup>*Sinodus Aurelian' tempore Gildeberti<sup>2</sup> regis, cap. 13*

Christianis convivium<sup>3</sup> interdicimus Iudeorum in quibus si forte fuisse probantur,  
 annuali excommunicationi pro huiusmodi contumacia subiacebunt.

(*Aureli. conc. 3 cap. 13*)

<sup>1</sup> Ne Christiani Iudeorum conviviis intersint *add. as rubr. M*

<sup>2</sup> Syn. Gildeb. (Ghildeb. A) CPBSA; Ex concil. Aurelian. tempore Childeberti M

<sup>3</sup> -vium CRPBSH; -via M

**100\***<sup>1</sup>*Item cap. 29*

Iudei a die Cene Domini usque in secundam Sabbati in Pascha, hoc est ipso  
 quatrinduo procedere inter Christianos, neque catholicis populis se ullo modo<sup>2</sup> vel  
 quacumque occasione miscere presumant.

<sup>1</sup> Ne Iudei a Cena Domini usque ad secundam feriam in publico appareant *add. as rubr. M*

<sup>2</sup> [loco, orig.] *add. Fr*

**101\***<sup>1</sup>*Gregorius Petro episcopo Terracinensi<sup>2</sup>*

Ioseph presentium lator Iudeus insinuavit nobis, quod de quodam loco, in quo ad  
 celebrandas festivitates suas Iudei in Terracinensi castro consistentes convenire  
 consueverant, tua eos fraternitas expulerit, et in alium locum pro colendis similiter  
 festivitatibus suis te quoque noscente et consentiente, migraverint, et nunc de eodem loco  
 expulsos denuo se conqueruntur. Sed si ita est, volumus ut tua fraternitas ab huiusmodi se  
 querela suspexdat, et locum quem (sicut prediximus) cum tua conscientia quo  
 congregentur adepti sunt, eis (sicut mos fuit) ibidem liceat convenire. Hos enim qui a  
 Christiana religione discordant, mansuetudine, benignitate, admonendo, suadendo ad  
 unitatem fidei necesse est congregare, ne quos dulcedo predicationis et preventus futuri  
 iudicis terror ad credendum invitare poterat, minis et terroribus repellantur.

(*lib. I regist. epist. 34.*)

<sup>1</sup> Quod omni mansuetudine et benignitate Iudei ad fidei sint vocandi *add. as rubr. M*

<sup>2</sup> Terracinsi A

**102\***

<sup>1</sup>*Gregorius lib. III<sup>2</sup> Iohanni episcopo Caralitano*

Pervenit ad nos servos ancillasque Iudeorum fidei causa ad ecclesiam fugientes, aut infidelibus restitui dominis, aut eorum ne restituantur pretium dari. Hortamur igitur ut nullatenus tam pravam consuetudinem manere permittas, sed quilibet Iudeorum servus ad venerabilia loca fidei causa confugerit, nullatenus eum patiamini preiudicium sustinere, sed sive olim Christianus, sive nunc fuerit baptizatus, sine ullo Christianorum pauperum dampno, religioso ecclesiastice pietatis patrocinio in libertatem modis omnibus defendatur.

(*epistola 9*)

---

<sup>1</sup> De servis Iudeorum ad ecclesiam confugientibus *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> registri *add. M, om.* CPSA

**103\***

<sup>1</sup>*Item Iohanni episcopo Siracusano*

Felix presentium portitor questus nobis est, cum sit de Christianis natus parentibus, a quodam Christiano Samareo se (quod dici scelus est) esse donatum. Et dum huiusmodi superstitionis homines Christiana quolibet modo mancipia possidere nec ratio legis, nec reverentia religionis admittat, se tamen per decem et novem annos in eius asserit servitio permansisse. Sed cognoscente hoc decessore vestro sancte memorie Maximiano, ab eo se zelo (sicut decuit) sacerdotali commoto, de Samarei servitio nefario dicit liberatum. Sed quia eiusdem Samarei filius post quinque annos factus dicitur Christianus, et supradictum Felicem in eius servitium (quantum ipse dicit) quidam nituntur redigere, sanctitas vestra hec que edocti sumus diligenter inquirat, et si ita ea esse constiterit, eum tueri studeat, et a nullo sub qualibet occasione gravari permittat, quia, dum superstitiose secte mancipia dominos suos ad fidem precedentia servitio eorum redigi aperte iura prohibeant, quanto magis hic de Christianis parentibus natus et factus a parvulo Christianus, hanc non debet questionem aliquo modo sustinere.

(*Lib. VII regist. ind. 1, ep. 22*).

---

<sup>1</sup> De Felice Christiano, quem quidam Samarites servituti subiicere volebat *add. as rubr.* M

**104\***

<sup>1</sup>*Item Gregorius Ianuario episcopo Caralitano*

Iudei de civitate vestra huc venientes questi nobis sunt quod sinagogam eorum que Caralis sita est, Petrus qui ex eorum superstitione ad Christiane fidei cultum, Deo volente, perductus est, adhibitis sibi quibusdam indisciplinatis, sequenti die baptismatis sui, hoc est Dominico in ipsa festivitate paschali cum gravi scandalo, sine vestra occupaverit voluntate, atque imaginem illic Genitricis Dei Dominique nostri, et venerandam crucem vel birrum album, quo de fonte surgens indutus fuerat, posuerit.

---

<sup>1</sup> Ut veteres synagogas Iudei obtineant *add. as rubr.* M

Item<sup>2</sup>. His hortamur affatibus, ut sublata exinde cum ea qua dignum est veneratione, imagine atque cruce, debeatis quod violenter ablatum est reformare, quia, sicut legalis definitio novas Iudeos non patitur erigere sinagogas, ita quoque eos sine inquietudine veteres habere permittit.

(*Lib. regist. 7, indicti. 2, epist. 5*)

<sup>2</sup> Item CPSA; Paulo post M

### 105\*

#### <sup>1</sup>*Item Paschasio episcopo Neapolis*<sup>2</sup>

Iudei habitantes Neapoli questi nobis sunt, asserentes quod quidam eos a quibusdam feriarum suarum solemnitatibus irrationabiliter nitantur arcere, ne illis sit licitum festivitatum suarum solemnita colere, sicut eis nunc usque et parentibus eorum longis retro temporibus licuit observare vel colere. Quod si ita se veritas habet, supervacue rei videntur operam adhibere.

(*Lib. regist. 11, epist. 15*) *Ctp 1.55.17 pt.] (Dist. 45, c. Qui sincera.)*

<sup>1</sup> Ne Iudei a solemnitatibus suis vi arceantur *add. as rubr. M*

<sup>2</sup> -olis CPSA; -olitano M

### 106\*

#### <sup>1</sup>*Gregorius Fortunato Neapolitano episcopo*

Fraternitatem<sup>2</sup> vestram oportet esse sollicitam, si de Iudeorum servitio non solum Iudeus, sed etiam quisquam paganorum fieri voluerit Christianus postquam voluntas eius fuerit patefacta, nec hunc sub quolibet ingenio vel argumento cuiquam Iudeorum venundandi facultas sit, sed is qui ad Christianam converti fidem desiderat, defensione vestra in libertatem modis omnibus vindicetur. Hi vero quos huiuscemodi oportet servos amittere, ne forsitan utilitates suas irrationabiliter existiment impediri sollicita vos hoc convenit consideratione servare, ut si paganos, quos mercimonii causa de externis finibus emerint, infra tres menses dum emptor cui venditi fuerant non invenitur, fugere ad ecclesiam forte contigerit, et velle se dixerint fieri Christianos, vel etiam extra ecclesiam hanc talem voluntatem prodiderint, pretium eorum a Christiano, scilicet emptore, percipiant. Si autem post prefinitos tres menses quisquam huiuscemodi servorum Iudaicorum velle suum dixerit, et fieri voluerit Christianus, nec aliquis eum postmodum emerit, nec dominus qualibet occasionis specie audeat venundare, sed ad libertatis procul dubio premia perducatur, quia hunc non ad vendendum, sed ad sibi serviendum dicitur comparasse<sup>3</sup>.

(*Lib. 5 regist. cap. 131, seu ep. 31*) *Ctp 3.26.9 (Dist. 54. c. Fraternitatem.)*

<sup>1</sup> De mancipiis Iudeorum si fieri Christiani voluerint, quid agendum sit *add. as rubr. M*

<sup>2</sup> Frat. CPSM; Firmitatem A

<sup>3</sup> [reservasse, orig.] *add. Fr*



**107\***

<sup>1</sup>*Ambrosius in epistola ad Vercellenses ad Theodosium augustum*<sup>2</sup>

Relatum est a comite orientis militarium partium incensam esse sinagogam, idque auctore factum episcopo. Non assero expectandam fuisse assertionem episcopi; sacerdotes enim turbarum moderatores sunt studiosi pacis, nisi cum et ipsi moventur iniuria Dei aut ecclesie contumelia. Item. Quid mandas in absentem iudicium? habes presentem, habes confitentem reum. Proclamo quod ego sinagogam incenderim, quod illis mandaverim, ne etiam esset locus in quo Christus negaretur. Item. Non vides, imperator, quia Deus se pro illis prohibet rogari, quos tu vindicandos putas? Item. Quis habet sinagogam vindicare? Christus, quem occiderunt, quem negaverunt? An Deus Pater vindicabit eos qui nec Patrem recipiunt? Item. Si de causis pecuniariis comites tuos consulis, quanto magis in causis religionis sacerdotes Domini equum est consulas? Item. Integra adhuc tibi sunt omnia, in hoc me ego Deo nostro pro te obligo, nec verearis sacramentum. Numquid Deo displicere poterit, quod pro eius emendatur honorificentia? Item. Quod honorificentius fieri potuit, feci, ut me magis audires in regia, ne si necesse esset audires in ecclesia.

(*epist. 29 ad Theodo. imperatorem*)

<sup>1</sup> De zelo sacerdotum Christianorum contra Iudeos *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Verc. (Vercellienses A) ad Theod. aug. (Theodosio augusto A) CPSHA; Wercellenses M

**108\***

<sup>1</sup>*Hieronimus super Isaiam lib. II*

Non est mirum si apud Iudeos perierit omnis dignitas bellatorum, cum militandi sub gladio et arma portandi non habeant potestatem.

(*in cap. 3 Esa.*)

<sup>1</sup> Quod Iudei bellandi potestatem amiserint *add. as rubr.* M

**109\***

<sup>1</sup>*Codicum lib. I*

Iudei et bonorum proscriptione et perpetuo exilio dampnabuntur, si nostre fidei hominem circumcidisse eos vel circumcidendum mandasse constiterit.

*Cod. 1.9.16]*

<sup>1</sup> De damnatione Iudeorum si Christianum circumciderint *add. as rubr.* M

**110\***

<sup>1</sup>*Vita beati Greg. lib. III cap. 42*<sup>2</sup>

Quemadmodum Iudeos violenter baptizari Gregorius denegabat, ita Christianos eis quoquo modo subiici nullatenus permittebat. Item<sup>3</sup>. Iudeorum mancipia semel

<sup>1</sup> De mancipii Iudeorum, si ad Ecclesiam confugerint *as rubr.* Ex *add.* M

<sup>2</sup> III c. 42 CPBS; c 42 A; IV, cap. 43 M

<sup>3</sup> (*ibid.*, c. 45) *add.* M<sup>2</sup>

confugientia ad ecclesiam nusquam quibuslibet suasionibus reddi permittebat. Item<sup>4</sup>. Non solum Christiana mancipia in libertatem pristinam legaliter revocabat Gregorius, verum paganorum ad fidem venire volentia, vendi nullo modo permittebat.

---

<sup>4</sup> (ibid., c. 46) *add.* M<sup>2</sup>

### 111\*

<sup>1</sup>*Stephanus omnibus episcopis, cap. 1*

Accusator vestrum nullus sit servus aut libertus, nullaque suspendii rea, aut infamis persona. Repellantur etiam cohabitantes inimicis, et omnes laici, quos ad infestationem blasphemie affectio amicitie incitare solet.

---

<sup>1</sup> Quod nulla infamis persona accusare possit *add. as rubr.* M

### 112

<sup>1</sup>*Gelasius Quinigesio episcopo*

Vir clarissimus Telesinus, quamvis Iudaice credulitatis esse videatur, talem se nobis approbare contendit, ut eum merito nostrum<sup>2</sup> appellare debeamus qui pro Antonio<sup>3</sup> parente suo specialiter postulavit, ut eum dilectioni tue commendare debeamus. Et ideo fratrem<sup>4</sup> supradictum voluntatis nostre mandatorumque respectu ita te habere convenit, ut non solum in nullo penitus opprimatur, verum etiam in quo ei opus fuerit, solatio tue se gaudeat dilectionis adiutum.

*CB Gel. 18]*

---

<sup>1</sup> Ut Iudei conversi honorentur *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> [vestrum] *add.* M

<sup>3</sup> [Antio] *add.* M

<sup>4</sup> [frater] *add.* M

### 113

<sup>1</sup>*Gelasius Siracusio, Constantio et Laurentio episcopis*

Iudas qui Iudaice professionis existit mancipium, iuris sui quod ante paucos annos se asserit comparasse, nunc ad ecclesiam Venefranam confugisse suggestit, sicut petitorii tenor annexus ostendit, eo quod dicat sibi ab infantia Christiano nuper a prefato domino signaculum circumcisionis infixum. Quapropter diligenter vestra inter utrumque sollicitudo rerum fideliter examinet veritatem, quatenus nec religio temerata videatur, nec servus hac obiectione mentitus competentis iura domini declinare contendat.

*CB Gel. 65; Ctp 1.46.58]*

---

<sup>1</sup> Qua diligentia examinandum sit de servis Iudeorum *add. as rubr.* M

**114***<sup>1</sup>Alexander papa II omnibus episcopis Hispanie<sup>2</sup>*

Placuit nobis sermo, quem nuper de vobis audivimus, quomodo tutati estis Iudeos qui inter vos habitant, ne interimerentur ab illis qui contra Sarracenos in Hispaniam proficiscebantur. Illi quippe stulta ignorantia, vel forte ceca cupiditate commoti, in eorum necem volebant sevire, quos fortasse divina pietas ad salutem predestinavit. Sic etiam beatus Gregorius quosdam qui ad eos delendos exardescebant prohibuit, impium esse denuntians eos delere velle qui Dei misericordia servati sunt, ut patria libertateque amissa, diuturna penitentia Patrum preiudicio, in effusione sanguinis Salvatoris dampnati, per terrarum orbis plagas dispersi vivant. Dispar nimirum est Iudeorum et Sarracenorum causa. In illis enim qui Christianos persequuntur, et ex urbibus et propriis sedibus pellunt iuste pugnatur, hi ubique parati sunt servire. Quemdam etiam episcopum sinagogam eorum destruere volentem<sup>3</sup> cohibuit.

*CB Alex. II 56] IP 8.29 from Dispar*

<sup>1</sup> Quod Iudei servari debeant, non occidi *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> [Gallie] *add.* M

<sup>3</sup> vol. CPHM; volente *before* destruere B; violente S

**115***<sup>1</sup>Berengario Narbonensi vicecomiti*

Noverit prudentia vestra nobis placuisse quod Iudeos qui sub vestra potestate habitant, tutati estis ne occiderentur. Non enim gaudet Deus effusione sanguinis, neque letatur in perditione malorum.

*CB Alex. II 60]*

<sup>1</sup> De eodem *add. as rubr.* M

*<sup>1</sup>Willefredo<sup>2</sup> Narbonensi archiepiscopo*

Omnes leges tam ecclesiastice quam seculares, effusionem humani sanguinis prohibent.

*CB Alex. II 61a]*

<sup>1</sup> Item *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> [Wilfredo] *add.* M<sup>2</sup>

**116***<sup>1</sup>Septime sinodi canones<sup>2</sup>, cap. 11*

Nullus eorum qui in sacro sunt ordine aut laicus azima Iudeorum manducet, aut cum eis habitet, aut eos, in infirmitatibus suis vocet, aut medicinam ab eis accipiat, aut cum eis in balneo lavet. Si vero quisquam hoc fecerit; si clericus est, deponatur; si laicus vero, excommunicetur.

*Ctp 2.11.5]*

<sup>1</sup> Ne medicina a Iudeo accipiat *as rubr.* Ex *add.* M

<sup>2</sup> Sept. syn. can. (canoum V) PVBS; Septima synodo CM; Septima synodus RH

**117**<sup>1</sup>*Concilio Agatensi cap. 11*<sup>2</sup>

Omnes clerici sive laici Iudeorum convivia vitent, nec eos ad convivium quisquam accipiat, quia, eum apud Christianos cibus communibus non utantur, indignum est atque sacrilegum eorum cibus a Christianis sumi, cum ea que Apostolo permittente nos sumimus ab illis iudicentur immunda, ac sic inferiores incipiant esse Christiani quam Iudei, si nobis que ab illis vitantur apponuntur, illi<sup>3</sup> vero a nobis oblata contempnant.  
*Ctp 2.28.39] (28, q. 1, c. Omnes deinceps clerici.)*

---

<sup>1</sup> Ne Christiani cum Iudeis ineant convivia *as rubr.* Ex *add.* M

<sup>2</sup> Concilio Agat. cap. 11 CRPB; Concilium Agattense cap. 11 S; Ex conc. Agat. cp 11 H; Ex concilio Agat. cap. 40 M

<sup>3</sup> [nosque ab illis ponuntur utamur, illi, etc.] *add.* M<sup>2</sup>

**118**<sup>1</sup>*Matisconense concilium*<sup>2</sup> *tempore Guntranni regis*<sup>3</sup>, *cap. 16*

Ne Iudei Christianis preliis<sup>4</sup> iudices deputentur, aut telonarii esse permittantur, per quod illis (quod Dominus avertat) Christiani videantur esse subiecti.  
*(Matic. conc. I, cap. 13)*

---

<sup>1</sup> Ne Iudei iudices vel telonarii constituentur *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Matisconense concil' CRBS; Matisconense concilio P; Ex conc. Matisconensi M

<sup>3</sup> temp. G. regis CPBM; *om.* S

<sup>4</sup> [populis, orig.] *add. Fr*

**119**<sup>1</sup> *Eliberitano concilio*<sup>2</sup>, *cap. 50*

Si aliquis clericus sive fidelis fuerit qui cum Iudeis cibum sumpserit, placuit eum a communione abstinere, ut debeat emendari.

---

<sup>1</sup> De penitentia eorum qui cum Iudeis cibum sumpserint *as rubr.* Ex *add.* M

<sup>2</sup> El. conc. CRPVB; Ex liberitano conc. S; Ex Heliberitano conc. H; Ex conc. El. M